



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

III. Quænam conditiones requirantur ad meritum ex parte illius, qui
meretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

um alloqui tanquam debitorem, eisque dicere: Redde, quod primitisti, quia fecimus, quod invisisti.

Obijcies, inter Deum & creaturam nullam esse posse iustitiam, neque Deum posse inquam debitorem vel creature fieri. Resp. hoc verissimum esse, si creatura primitus secundum se consideretur: non item, si quatenus homo iustus, est membrum viuum Christi Domini, & ex eius merito ac virtute operatus & quamvis etiam ea ratione inter Dominum & hominem non possit esse iustitia strictè sumpta, est tamen inter vitrumque vera aliqua ratio iustitiae latè sumpta, qualis est inter Patrem & Filium, dominum & seruum.

Dicendum 2. dari etiam meritum de congruo.

Probatur ex ijs scripturæ locis, in quibus, aliquid à Deo peccatoribus dari dicitur intuitu aliorum bonorum operum, ut Exod. 1. refertur de obstetricibus Aegyptiorum, & Act. 10. de Coriole Centurione. Ceterum et autem peccatores nihil à Deo posse de condigno mereri, ut seq. seq. dicetur, unde sequitur meritum illorum est tantum de congruo.

SECTIO III.

Quenam conditiones requirantur ad meritum ex parte illius, qui meretur.

Questio intelligenda est de merito condigno, quod propriè & simpliciter meritum dicitur, & pro illius resolutione.

Dicendum est, duas potissimum conditions requiri ex parte illius, qui meretur; prima est, ut sit in statu gratia sanctificantis: secunda, ut sit in statu vis. Ita communiter omnes.

Prima conditionis necessitas probatur i. ex scriptura: S. Ioann 15. Sicut palmar non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis: & i. Cor. 13. Si distribuere in cibos pauperum omnes facilitates

mero

meat, &c. charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.
Probatur 2. ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 16. vbi meri-
tum dicitur esse fructum iustificationis, diciturque si-
ne unione cum Christo, ac virtute, quam in iustificatos
influit, bona illorum opera meritoria esse non posse.

Probatur 3. ex S. Greg. lib. 2. moral. c. 8. vbi dicit,
quod non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata pla-
uerunt; quasi dicat Deum prius intueri personam quam
munera, & opera eius, illaque ipsi accepta esse non pos-
se, nisi persona offerentis vel operantis ipsi grata & ac-
cepta sit.

Secundæ conditionis necessitas constat 1. ex scriptura :
S. Ioann. 9. Venit nox (mortis tempus scilicet) quando nemo
potest operari : Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bo-
num : Eccles. 11. In quocumque loco occiderit (lignum) ibi erit.
Deinde ex S. Hier. in cap. 6. 1. ad Cor. Tempus, inquit,
sementum, est vita præsens, quam currimus; cum vita ista trans-
ierit, operandi tempus auferitur : Et S. August. in Enchir. c.
110. Nemo, inquit, speret, quod hic neglexerit, cum obicerit, a-
pud Deum promereri.

Ratio autem huius conditionis alia non est, quam ipsius
Dei voluntas, qui constituit, ut merita omnia morte
finirentur; alias si ita voluisset, beati etiam in cœlo me-
teri potuissent, cum status beatitudinis merito non re-
pugnet, ut palet in Christo Domino.

SECTIO IV.

*Quanam conditiones requirantur ex par-
te actus meritorij.*

DVX sunt præsertim conditiones, quæ ex parte actus
requiruntur ad hoc, ut sit meritorius; prima est, ut
sit liber non tantum à coactione, sed etiam à necessi-
tate. Huius conditionis necessitas

Probatur 1. ex scriptura : Eccl. 31. vbi de homine iu-
ste bene operante hoc dicuntur : Qui probatus est in illo, &
perfe-